Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



23

in regnum caelorum ; Et propterea
conantur paruulos non baptizatos
Innocentiae merito salutem aeternā
aeternā tribuere. sed quia baptizati
non sunt eos a regno caelorum fa
cere alienos ; Noua quadam & mi
rabili praesumptione quasi salus sine
ullae aeternae possit. ee. praeter
xpi hereditatem · praeter regnum
caelorum habent enim uidelicet quo
confugiant · atq: ubi delitescant ;
Quia non ait dns · si quis non renatus
fuerit ex aqua & spu non habebit
uitam · sed ait non introibit in regnū cel̄i ,
Nam si illud dixisset · nulla hinc dubi
tatio posset oboriri · auferatur ergo
dubitatio iam dnm audiamus non
suspiciones coniecturas q: mortalium .
Dnm audiamus Inquam non quidem
hoc de sacramento lauacri dicentem .
sed de sacramento scae mensae suae
quae nemo ritu nisi baptizatus accedit .